

6
 nuntiamus quis mundo si tardus. si tepidus. si sine purga-
 tionis minus fuerit curiosus. quoniam in seculo minus
 extat inquit. tardius in conscientie serenitate. ac carita-
 tis proficiet libertate. at si feruens spiritu. si diligens ac sol-
 licitus. si discretionis uirtute fundatur. assumptis spiritualium
 exercitiorum instrumentis. uiciorum gemmina ab agro cordis
 sui potentius euellat. in auras conscientie purioris citius res-
 pirabit. ac iugo cupiditatis excusso. ac onere depo-
 sita passionum. inueniet quod iugum domini suaue est. et onus
 eius leue est. *Quanta sit in uoluptatum contemptu uic-*
toria atque iocunditas.
Sicque probabit experientia in iocunditate. pu-
 nullius laboris immo summe esse iocunditatis. pu-
 dicitie suauitate profundius. quoniam onerosum sit natu-
 ralia incentiua. immundaque desideria que de concupiscen-
 tia carnis emungunt. freno tepantem cohibere. Similiter non
 solum iocundum. sed insuper gloriosum cum gule sunt concupis-
 centia superata. non se seruum sui uentris sed in dominum tueri.
 illa inua exultatione tepudians. ego autem didici in quibus
 sum sufficiens esse. scio humiliari. scio et abundare. uig-
 et in omnibus institutus sum. et esurire et satiari. et habunda-
 re et penuriam pati. Sed et amor carnis non fuit perfecte
 sopitus. ut eterne igne diuini amoris absorberetur. nullus erit in
 exterioribus labor. quod non poterit mens eius afflictione turbari. cui
 non poterit dilectione dissolui. Suauitas que iugum domini et len-
 tas oneris eius. in uoluptatum contemptu consistit. Me-
 mo ergo estinet maiorem in uiculis quam in uirtutibus esse delecta-
 tioneos. *Explicit liber qui uocatur speculum caritatis.*